tes in vnitatē fidei ɔgregaſti al. al. Cap̄
Loquēte petro vts. ſx. Apparuerunt
appl̄is diſptite lingue tanq̄ ignis al. Se
ditq3 ſup ſingulos eoꝝ ſpūſſanct9 all.
al. v. Spūs dm̄ repleuit totā domū vbi
erāt ſedētes apoſtoli. Seditq3. Gloria.
Veni creatoꝛ ſpūs mētes ymn9.
tuorū viſita imple ſupna grāque
tu creaſti pectora Qui paclit9 dicris

donū dei altiſſimi fons viu⁹ ignis cari‑
tas et ſpiritalis vnctio. Tu ſeptifor‑
mis munere dextre dei tu digitus tu ri‑
te ꝓmiſſo patris ſermōe ditans guttu‑
ra. Accende lumen ſenſibus infunde
amorem cordibus infirma noſtri cor‑
poris virtute firmās perpetim. Hoſtē
repellas longius pacemqꝫ dones ꝓtin⁹
ductore ſic te p̄uio vitemus om̄e noxiū
Per te ſciam⁹ da patrē noſcam⁹ atqꝫ
filiū te vtriuſqꝫ ſpiritū credamus omni
tempore Amen. ℣. Loquebātur varijs
linguis apoſtoli. al. Magnalia dei al.
Sup magt'. an̄. Non vos relinquam or‑
phanos vado ꝫ venio ad vos al. ꝫ gau‑
debit cor vr̄m al. Col. Pr̄a q̄s op̄s de⁹
ut̄s. An̄ crucē xp̄us reſurgens. De ſcis
Sup ꝑpetua cū. ℣. et Col. Ad cōple. ym.
Veni creator. Cap̄. Loquēte petro ut̄s
℣. Spiritus dn̄i repleuit orbem terrarꝫ
al. Et hoc qđ continet omnia ſcientiā
habet vocis al. Sup nūc di. an̄. Veni
ſcē ſp̄us. Col. ut̄s. In die penthecoſtes
an̄ laudes. ℣. Emitte ſp̄m tuū. An.

Dū ꝯplerētur dies pēthecoſtes erāt
omēs pariter dicētes al. aň. Spūs dñi.
repleuit orbem terrārū al. aň. Repleti
ſūt omēs ſpū ſcō et ceperūt loqui alľ.
aň. Fōtes ⁊ omia que mouētur in aq̄s
ymnū dicite deo al. aň. Loquebātur. va
rijs linguis apoſtoli magnalia dei al.
Dum cōplerētur dies / al. al. Cap.
pēthecoſtes erāt omnes diſcipuli
parit̄ in eodē loco et fc̄us eſt repēte de
celo ſon⁹ tanq̄ aduēientis ſpūs vehe:
mētis et repleuit totā domū vbi erant
ſedētes. Deo. g. Spūs dñi re. Sup bñ.
aň. ( Accipite ſpūm ſcm̄ quorū remiſe
ritis pccā remittūtur eis al. Colľ.
De⁹ qui hodierna die corda fideliū
ſciſpūs illuſtratiōe docuiſti da no:
bis in eodē ſpū recta ſape et de eius ſp
cōſolatiōe gaudere. P. eiuſdē. Ad pri
mā ymn⁹. Veni creator. Hic v̄ſus dice
tur ad ōnes horas hui⁹ diei cū aň. Vei
Apparuerūt / ſcē ſpūs. Caplm̄.
apoſtolis diſptite lingue tanq̄ ig
nis ſeditq̄z ſup ſingulos eorū ſpūs ſcūs

Deo grã. R. Chriſte fili dei. v. Qui ſedes
ad dexterã patris. v. Exurge dñe. Coll.
Ut eõ. Ad terciã Caplm.
Caritas dei diffuſa eſt in cordibus
nr̃is p ſpũm ſcm̃ qui datus eſt nobis. D.
R. Verbo dñi celi firmati ſũt. All. al. v.
Et ſpũ oris eius õnis virt⁹ eorũ. al. v.
Cõfirma hoc de. Ad vi. Cap. Dũ cõ
pleretur. R. Confirma hoc deus qđ op
atus es in nobis. All. all. v. A tẽplo ſcõ
tuo quod eſt in iheruſalẽ al. v. Emitte
ſpũm. Ad nonã. Cap. Dũ cõpleretur
R. Emitte ſpũm tuũ et creabũtur. All.
al. v. Et renouabis faciẽ terre. al. v. Spi
ritus dñi. Col. ut s. In ij. veſp. et per
totã ebdomadã super ps. feriales añ.
Veni ſancte ſpiritus. ym⁹. Veni creator
ſpũs. Caplm. Dũ cõpleretur. v. Loque
bantur varijs linguis. Sup mag. añ.
Iam nõ multa loquar vobiſcũ. venit
enim princeps mũdi huius et in me non
habet quicq̃ ſed ut cognoſcat mũdus
quia ego diligo prẽm et ſicut mandatũ
dedit mihi pater ſic facio al. Col. ut s.

¶ Ad cōpl. ymn9. Hostē repellas. Cap.
Apparuerūt. ꝟ. Spūs dñi re. Ad nūc
di. añ. Veni scē spūs. Col. ut s. Hoc ↄ
ple. dicetur p ebdo. ¶ Feria. ij. et p totā
octa. dicitur Te deū. In lau. an. Spūs
dñi. vl. Repleti sunt. vl. Loquebātur.
Hee tres añe. vicissim dicētur ad lau. p
ebdōadā scdm fe. as. Cap. ꝟ. ut s. Be
bñ. añ. Sic deus dilexit mundū ut fi
liū suū unigenitū daret ut ōnis qui cre
dit in ipso nō pereat sed habeat vitā
eternā al. Col. Deus qui hodierna re.
¶ Nulla suff. dñr p ebdōadā nisi de ali
quo scō. Ad primā ut s in die scō. ¶ Ad
terciā. ymn9. Qui paclitus. añ. Spūs dn.
Cetera oīa ut in die scō. ¶ Ad sextam
ymn9 Accende lumē. añ. Repleti. Ceta
oīa ut s. ¶ Ad nonā ymn9. Hostem re.
añ. Loquebātur. Cetera oīa ut s.
¶ Notandū q sic dicētur hore p totā
ebdōadā cū col. Deus qui hodierna d.
¶ In. ij. ves. añ Veni scē. ymn. cap. ꝟ. ut
in die scō. Sup mag. añ. Audistis q̄a
dixi vobis vado et venio ad vos si dili

geretis me gauderetis vtiq; qr ad prẽz
vado quia pater maior me eſt. Col. utſ̃
De⁹ q̃ hodierna die. Feria iij. In lau.
ã. Repleti ſũt om̃es Cap. v. utſ̃. Ad be.
añ. Ego ſũ oſtiu; dicit dñs p me ſi q̃s
introierit ſaluabitur ⁊ paſcua inueñiet
all'. Col. Deus q̃ hodierna. In ij. veſ.
añ. Veni ſancte ſpũs. pm. Cap. v. utſ̃.
Sup magt. añ. Si quis diligit me ſer
monem meũ ſeruabit ⁊ pater meus di
liget eum et ad eum veniemus et mã
ſionem apud eum faciemus allel'. Col.
Deus qui hodierna. Feria quarta
in laud. añ. Loquebãtur va. Cap. v. ut
ſupra. Sup bñ. an. Ego ſum panis
viu⁹ qui de celo deſcẽdi ſi quis mandu
cauerit ex hoc pane viuet in eternũ et
panis que; ego dabo caro mea eſt pro
mundi vita. al. Col. Deus qui hodier.
In ij. veſp. añ. et cetera utſ̃. Sup
mag. a. Hij q̃ linguis loquũtur nouis
galilei ſũt et ſerpẽtes tollent all. Col'.
utſ̃. Feria quinta in laud. añ. Spũs
dñi reple. Sup bñ. añ. Si diligitis me

mādata mea ſeruate al.al.al. In ij.
veſp.añ. Veni ſcē. Sup mag.añ. Spi
ritus paclit9 al. docebit vos omīa alle,
etc̄.ut̄s. ¶ Feria.vi. In lau.añ. Reple
ti ſūt. Sr bn̄.an Verba que locut9 ſū
vobis al.ſpūs et vita ſunt al. ¶ In.ij.
veſ.ad mag.aū. Spūs qui a p̄re proce
dit al.ille me clarificabit al.al. Col.ut
ſupra ¶ Sabbato In lau.ā. Loqueban
tur. Sup bn̄.aū. Non vos relinquaȝ
orphāos al.venia ad vos iterū al. Col.
ut̄s. ¶ In octaua penth.ad veſp.aū.
Veni ſce.ps.feriales.ymnus.Capim.v̄.
ut̄s. Sup mag.aū. Si diligeretis me
al.gauderetis vtiq; al.quia vado ad pa
tre al.al.al. Coll. Deus qui hodierna
Suf. Christus reſurgēs.De ſcis.Lux p
pe. Comple.ut̄s. In lau.aū. Spūs
ſanct9 procedēs a throno aploꝝ pecto
ra inuiſibiliter penetrauit al.ā. Spūs
dm̄ repleuit vc̄.ā. Repleti ſūt vc̄.aū.
Fontes.ā. Loquebātur. Cap.Dum.cō
plerētur.v̄.Spūs dm̄.Sup bn̄.ā. Spi
ritus vbi vult ſpirat et vocē ei9 audis

all'.et neſcis vñ veniat aut quo vadat
al.al. Col. De⁹ q̄ Sine ſuf. Ad horas
oia utś. In ij.vś.ā. Ueni Jm⁹ Ueni
Cap. Dū ɔple.v̄. Loquebant̄ Sr mḡ
Hodie ɔpleti ſūt dies pēthecoſtes al
hodie ſpūs ſanct⁹ in igne diſcipul' ap/
paruit tribuēs eis cariſmatum dona
miſit eos in vniuerſū mūdū p̄dicare
et teſtificari qui crediderit et baptiſa
tus fuerit ſaluus erit all'. Coll. Deus
Sine ſuffragia ¶ Octaua pēthecoſtes
conſūmata Ad ɔpleto. Jmn⁹. Te lu
cis et cetēa ferialiter vt in p̄o. ¶ No
tandū q̄ ſequētibus tribus diebus te
netur ſic de ſancta trinitate Te deum
dicitur Ad laudes. dicit̄ vna añ. ſcd̄z
ordinem ex hiſtoria trinitatis ſine. v̄.
Caplz. ℞. Sup bn̄. añ. vt infra in hiſto
ria cū ſuffragiis ɔſuetis p annū ſcilz
trium lectionū Itē notādū q̄ ſi offi.
venerit in iſtis tb⁹ dieb⁹ ſuffragat im

ſi vero feſtū.ix lcō.tenet mixti Ad ho
ras. Prīa dicet̄ ferialit̄ vt pꝫ in p̄s lo
co ſuo Ad alias horas ym.et ā.feria
lit̄ vt in p̄s.cetēa oīa vt infra de t̄nita
te Ad vš ſup p̄s.feria.dr̄ vna de.añ.
Scla tibi ꝛc.ſm ordinē ym.O lux Ca
O alti.v̄.Bndicaꝰ Sup mag.añ.Bñ
dc̄a ſit cre.Col.Omps Cetēa vt infra
cū ſuff.ꝯſuetis Cōpl̄.feriale Dñica
īfra octa.ſacramēti De ſc̄a trinitate.
Glīa tibi t̄nitas eq̄lis vna deitas
et ante oīa ſecula ⁊ nūc ⁊ in ꝑpe
tuū.p̄s.Dīa Laudate.ā.Laus
et ꝑhēnis gloria deo patri et filio ſc̄o
ſimul ꝑaclito in ſecula ſecloꝝ.ā.Glo
ria laudis reſonꝫ in ore oīm p̄ri geni
toq̄ꝫ proli ſpiritui ſc̄o ꝑiter r̄ſultꝫ lau
de ꝑhenni.ā.Laus deo patri parilīq̄ꝫ
proli et tibi ſācte ſtudio ꝑhēni ſpiritꝰ
nr̄o r̄ſonꝫ in ore oīne ꝑ euū ā.Ex quo
oīa ꝑ q̄ꝫ oīa in q̊ oīa ip̄i glīa ī ſcl̄a Ca.

O altitudo diuiciarū ſapie et ſciencie dei q̄ȝ inɔ̄phenſibilia ſūt iudicia ei⁹ et inueſtigabiles vie ei⁹ Deo. R. Honor ꝟtus ⁊ ptās et imperiū ſit trinitati in vnitate vnitati in trinitate In pḡeni ſcloꝝ tpe. ꝟ. Trinitati lux pḡenis vnitati ſit decus ppeti. In ym⁹
O lux beata trinitas ⁊ pncipal' vnitas iā ſol recedit igneus infūde lumē cordib⁹. Te mane laudū carmie te deṗcemur veſpe te nr̄a ſupplex glia p cūcta laudet ſcla. Deo pr̄i ꝟ. Bn̄dicam⁹ pa. ⁊ fi. Sr̄ mḡ. Bn̄dcā ſit creatrix et gubernatx oīm ſcā ⁊ indiuidua trinitas ⁊ nūc ⁊ ſp ⁊ p īfinita ſcloꝝ ſe.
Omp̄s ſēpitne de⁹ q̄ dediſti Col famul' tuis i cōfeſſiōe vē fidei eterne trinitatis gl'aȝ agnoſcē et in potētia maieſtatꝫ adorare vnitatē q̄s vt ei⁹dē fidei firmitate ab oīb⁹ſp mūiamur aduerſꝭ. p do. Suf. ɔſue. dupli. feſ. Ad cō

ym. O lux. Cap. O alti. ℣ſi. Bñdi. pa.
Sup ñc. Ex quo. Col. ut. s. In lau. a
O beata ⁊ bñdcã ⁊ gl'ioſa trinitas pr ⁊
fili⁹ ⁊ ſpũſſanct⁹. ℣. Tibi laus tibi glo
ria tibi graꝝ actio. añ. O beata et bñ
dicta ⁊ gl'ioſa trinitas pr fili⁹ ſpũſſcũs
℣. Miſerere miſerere miſerẽ nobis. a.
O vera ſũma ſempitña trinitas pr ⁊ fi
fili⁹ ⁊ ſpũſſanct⁹. ℣. Tibi laus tibi glo
ria tibi graꝝ actio. a. O vera ſũma ſẽ
pitña trinitas pr ⁊ fili⁹ ⁊ ſpũſſãct⁹ ℣.
Miſerere miſerẽ miſerẽ nobis. añ. Te
iure laudãt te adorant te glorificant
oẽs creature tue o beata trinitas ℣⁹.
Tibi laus tibi gloria tibi graꝝ actio
TRes ſũt qui teſtimoniũ Cap.
dãt in celo pater. verbũ ⁊ ſpũſſanct⁹ et
hi tres vnũ ſũt. ℣. Bñdicam⁹ Pr bñ.
Te deũ pr̃em ingenitũ te filiũ vnige
nitum te ſpiritũ ſanctũ paclitũ ſanctã
et indiuiduam trinitatem toto corde

et ore ↄfitemur laudaꝰ atq; bn̄dicimꝰ
tibi gloria in ſecula. Col. utſ. ſuff. de ſa
cramēto ⁊ nō plus. Ad primam ⁊ ad
alias horas ym. O lux bt̄a trinitas. a.
de lau. ſine. v. Cap. Tres ſūt. Col. utſ.
Ad. iij. ſe. Benedicamus p̄rem ⁊ filiū
Cū ſc̄o ſpiritu. v. Laudemꝰ ⁊ ſuperexalte
mꝰ eū in ſecula. Cū ſc̄o. v. Bene. Ad. vij
ſe. Benedictꝰ es dn̄e. In firmamēto ce
li. v. Laudabilis ⁊ gloſus et ſuperexaltatꝰ
in ſecula. In fir. v. Dit. Ad. ix. ſe. Sit
nomē dn̄i Benedictū. v. Ex hoc nūc et
vſq; in ſeculum. Bened. v. Quis deus
magnus ſicut deus noſter tu es deus q̄
facis mirabilia Coll. utſ. In. ij. veſp.
an̄. Ex quo omnia. cetera omnia utſ. in
primis veſ. ſuff. de ſacramento.

De venerabili ſacramēto ad primas
veſperas antiphō.

Sacerdos in eternum criſtus
dominus ſc̄dm ordinē mel
chiſedech panem ⁊ vinum
obtulit. ps. Dixit dominus
a. Miſerator dn̄s eſcā dedit

17

timētib9 ſe in mēoriam ſuorū mirabili
ū p̄s. Cōfitebor. aū. Calicē ſalutaris ac
cipiā et ſacrificabo hoſtiā laudis ·p̄s.
Credidi· ā. Sicut nouelle oliuarū eccle
ſie filij ſūt in circuitu mēſe dn̄i. p̄s· Bea
ti om̄es· aū. Qui pacē ponit fines eccle
ſie frumenti adipe ſatiat nos dn̄s· p̄s·
Lauda ihrlm̄ dn̄m· Caplm̄

Dominus ihūs in qua nocte trade
batur accepit panē et grās agēs fregit·
et dixit· accipite et manducate hoc eſt
corpus meū quod ꝓ vobis tradetur·
Deo. R̄e. Homo quidā fecit cenā mag-
nam et miſit ſeruū ſuū hora cene dicere
inuitatis ut venirēt· Quia parāta ſūt
om̄ia. v̄. Venite comedite panē meū et
bibite vinū quod miſcui vobis· Quia·
Gloria prī. Quia paratum. ymn9.

Pange lingua glorioſi corporis mi
ſteriū ſanguiniſqȝ precioſi quem
in mundi preciū fructus ventris gene
roſi rex effudit gentiū. Nobis natus
uobis datus ex intacta virgine· et in
mūdo cōuerſatus ſparſo verbi ſemine

~~[illegible]~~

In ſupreme nocte cene recumbēs cū fratribus obſeruata lege plene cibis in legalibus cibū turbe duodene ſe dat ſuis manibus. Verbū caro panē verū v̄bo carnē efficit fitq; ſanguis xp̄i merū et ſi ſenſus deficit ad firmandū cor ſincerū ſola fides ſufficit. Tantū ergo ſacramentū veneremur cernui ꝛ antiquū documentum nouo cedat ritui preſtet fides ſupplementū ſenſuū defectui. Genitori genitoq; laus et iubilatio ſalus honor virtus quoq; ſit ꝛ benedictio procedenti ab vtroq; cōpar ſit laudatio. Amen. V. Panem de celo preſtitiſti eis. Omne delectamentū in ſe habentem. Super mag. añ. O q̄ ſuauis eſt domine ſpūs tuus qui ut dulcedinē tuā in filios demōſtrares pane ſuauiſſimo de celo preſtito eſurientes replens bonis faſtidioſos diuites dimittens inanes.

Collecta

Deus qui nobis ſub ſacramēto mirabili paſſiōis tue memoriam reli

quiſti tribue quēs ita nos corporis et ſan
guinis tui ſacra miſteria venerari. ut
redemptionis tue fructū in nobis iugi
ter ſentiamꝰ. Qui viuis ⁊c. Suffra.
de ſancta trinitate. et duplicis feſti.
Ad cōpl. ymnꝰ. Pange lingua glorio;
Tantū ergo ſacrā. Genitori genitoqꝫ.
Cap. Dominꝰ ihs. ut s. ꝟ. Cibauit illos
ex adipe frumēti. Sup nūc di. añ. Uin
centi dabo māna abſconditū et nomen
nouū al. Coll. Deus qui nobis. ut s.
In laud. añ. Sapientia edificauit
ſibi domū miſcuit vinū et poſuit mēſaz
al. añ. Angelorū eſca nutriuiſti populū
tuū et panē de celo preſtitiſti eis al. añ.
Pinguis eſt panis xpi et prebebit deli
cias regibus. al. añ. Sacerdotes ſancti
incēſū ⁊ panē offerūt deo al. ā. Uincē
ti dabo māna abſcōditū et nomē nouū
al. Cap. ut s. ꝟ. Poſuit fines. Sup bn̄. añ.
Ego ſū panis viuꝰ qui de celo deſcen
di ſi quis mādu cauerit ex hoc pāe vi
uet ineternū. Col. ut s. Suffr. de trini
tate. Ad primā ymnꝰ. Pāge lingua.

Sapientia edificauit. Cap. Dn̄s ihūs.
Coll. Deus qui nobis ſub ſacra. ꝛc.
Ad terciā ymn9. Nobis natus nobis
dat9. an̄ Angeloꝝ eſca. Cap. Dn̄s ihe
ſus. ℟. Panē celi dedit eis. ℣. Panē a
gelorū manducauit homo. Dedit. Glo
ria. ℣. Cibauit illos. Ad ſextū ymn9
In ſupme. an̄. Pinguis eſt. Caplm̄.

Quotienſcūqꝫ em̄ mādućabitis pa
nē hunc et calicē bibetis mortem
domi annūciabitis donec veniat. Deo.
℟. Cibauit illos. Ex adipe frumenti
℣. Et de petra melle ſaturauit eos.
Ex adipe. Gloria prī. ℣. Educas pa
nē de terra. Ad nonā ym9. Verbū ca
ro. an̄ Vinceti dabo. Caplm̄.

Quicunqꝫ manducauerit panē vel
biberit calicez domi indigne reus
erit corpis et ſanguinis domi. Deo grā
tias. ℟. Educas panē de terra. ℣. Et
vinuꝫ letificet cor hominis. De terra.
Gloria. ℣. Poſuit fines tuos pacē. Et
Coll. Deus qui nobis. utſ. Hic dicetur
hore p octauā excepto feſto trinitatis

in quo dicuntur om̄es horē de feſto et
aliis .ix. lcio͞m ſi euenerīt in q̄bus pri
ma et cōpletoꝛ tū dicetur de ſacmēto.
cetera mixtī. In .ii. veſ. ā. Dimcati. ps.
pm. cap. v. vtē in p̄mis veſ. Ad mag.
añ. O ſacrū cōuiuiū in quo xp̄s ſumitur
recolitur mēoria paſſionis eius mens
impletur grā et future glorie nobis pi
gn9 datur al. Col. vtē. Suff. Bndicta
ſit crea. cū .v. et col. vtē. Cōpl. vtē. in
primo cōpletorio. Et ſic ſeruabē per
octā. excepto feſto trinitatis. Feria
vi. ⁊ ceteris dieb9 p octa. ad laud. dicū
tur añe. de laudibus huius feſti viciſ
ſim excepta q̄rta añ. loco cuius dicitur
añ. Dimcati. Cetera oīa cuz horis ⁊
veſpis vtē. in die ſcō. Dñica prima
poſt octauā penthecoſtes. tenetur ſo
lemnter de ſcā trinitate. In p̄is veſp.
ā. Glā tibi. ⁊c̄. utē. p totū. cū ſuf. de ſa
cra. O ſacrū cō. cū ſuf. duplicis feſti
Cetera oīa utē. in hyſtoria ſcē trini
tati cū ſuffra. de ſacrameto. Cōpltori
um dicetur de feſto ſacramenti. Feria

ſecūda legetur Omel. de dn̄ica. Homo
quidā erat diues. Quere infra dō. pri
ma poſt feſtū ſacramēti. In lau. an̄ d.
ſup. bened. an̄. Col. de ſacmēto. Quā
ſimili dicetur a. de dn̄ica. Homo qdā d.
Dn̄e refugiū. Col. dn̄ical. Suf. cōſueta
hore de ſacramē. Ad veſ. ſu. de dn̄ica
rū d. et col. ¶ In oct. ſacramē. ad veſ.
an̄. Vincēti dabo. ps. ym. Cap. v̄c. ōnia
vt in primis veſ. ptr. ſx. lau. hore et
ſecūde veſ. ōia vtū in die ſcō. Comple.
feriale conſueto more dicetur. ¶ Dein
ceps vſq; ad aduentū dn̄i a. ad primā et
ad alias horas ut i pſalterio in ſuis ho
ris. ¶ Notādū q duab9 ſeptimanis ſi
nitis a die penth. in ij. feria q̄ eſt in cra
ſtino poſt feſtū trinitatis impōitur hy
ſtoria. Deus. oim̄. Et legētur libri rēgū
vſq; ad Kalend. auguſti. ¶ Et ſciend.
cōſequentes an̄e dicuntur viciſſim feri
atis diebus ad veſperas ſup mḡt. et eti
am ſabbato vſq; ad Kalēdas auguſti
an̄. Loquere dn̄e quia audit ſeru9
tuus. an̄. Cognouerūt ōnes a dan vſq;

berſabee ꝙ fidelis ſamuel ꝓpheta eſſ;
domini. ā. Preualuit dauid i philiſteo
in funda et lapide in nōie dn̄i. ā. Iratꝰ
rex ſaul dixit mihi dederūt mille ꝛ fi
lio yſay dederūt decem milia. ā. Quis
eni in omnibꝰ ſicut dauid fidelis inuen
tus eſt in regno ſuo egrediens et regre
diens et pgens ad impiū regis. an̄. No
ne iſte eſt dauid de quo canebāt in cho
ro dicētes ſaul pcuſſit mille ꝛ dauid de
cez milia in milibus ſuis. an̄. Mōs gel
boe nec ros nec pluuia veniant ſuper
te quia in te abiectus eſt clipeus fortiū
clipeus ſaul quaſi non eēt vnctus oleo
quomodo ceciderunt fortes in prelio ſa
ul et Ionathas amabiles et decori ni
mis in vita ſua in morte quoq; nō ſunt
ſepati. an̄. Doleo ſuper te frater mi iona
tha amabilis valde ſuper amorem mu
lierū et ſicut mater vnicum amat filiuz
ita te diligebam. ſagitta Ionathe nun
ꝙ abijt retrorſū nec declinauit clipeꝰ
eius in bello ꝛ haſta eius non eſt auer
ſa. antiph̄. Obſecro domine anfer ini

quitatem ſeruī tui q̄a inſipienter egi·
añ· Dixitq; dauid ad dominū cū vidiſſ;
angelum cedentem ppl'm· ego ſum qui
peccaui ego inique egi. iſti q̄ oues ſunt
quid fecerunt. ā. Rex autem dauid co
operto capite merens lugebat filium
ſuum dicens abſolō fili mi fili mi abſo
lon quis mihi det ut ego moriar p te
fili mi abſolon. añ. Vnxerūt ſalomonē
ſadoch ſacerdos et nathan pp̄ha regē
in gyō exclamāntes leti dixerūt. viuat
rex in eternum ¶ Sabbato dominice
prime poſt octauas ſacramenti· ā· Be
nedictus p̄s . Ipſum. ym9. O lux beata
trinitas. vē· Caplm̄. Benedictus deus
et pater· ō Veſpertina oratio aſcēdat
ad te domine· Et deſcē. vē· Super mag·
loquere domine· Collecta dominica
lis· ¶ Completorium feriale. ¶ Do
minica prima· et in ceteris dominicis
quando nocturnus ſeruatur · Ad laud'
añ. Indutus eſt· cum ceteris. ut in pſal·
terio· Capitulum· dominicale. ō· Dñe
refugium fact9 es no· Col. dominicalis

A Kalend. auguſti vſqz ad Kalēd ſep
tēbris legūtur libri ſalomonis et ſapi
entie et dicetur hyſtoria. In principio
deus. Et ſciendū ꝙ aī̄ ſubſcripte feri
atis dieb9 ꝛ ſabbato ꝗ̄ diu libri ſapien
tie legūtur dicātur in ordine ad veſ. ſē
mag. quib9 finitis rēincipiātur. aī. Sa
pientia edificauit ſibi domū excidit co
lūnas ſeptē ſubdidit ſibi gentes ſuper
borum ꝛ ſublimiū colla propria vtute
calcauit. aī̄. Ego in altiſſimis habito
et thronus meus in colūna nubis aī̄.
Omnis ſapientia a dn̄o deo eſt et cū il
lo fuit ſemper et ē ante euū aī̄. Sapiē
tia clamitat ī plateis ſi quis diligit ſa
pientiā. ad me declinet et eam iueniet
et eā dum inuenerit beatus ē ſi tenue
rit eā. aī̄. Dn̄s poſſedit me inicio via
rū ſuarum aīq̄ ꝗcq̄ faceret a pīcipio
necdū erant abyſſi ꝛ ego perturiebar
qn̄ ꝑparabat celos aderā cū eo compo
nens oia. aī̄. Attende fili mi ſapienti
am meam et ad eloq̄a oris mei inclina
aurē tuam qꝛ in ſapiētia fundauit dn̄s

terrã et ſtabiliuit celos prudentia. añ.
Audi fili mi diſciplinã patris tui et ne
dimittas legem mr̃is tue vt addatur
gratia capiti tuo et torques collo tuo
añ. Obſerua fili p̃cepta patris tui et
ne dimittas legem matris tue. liga eã
in corde tuo iugiter. añ. Prebe fili cor
tuum mihi oculi tui vias meas cuſtodi
ant et addatur gracia capiti tuo. añ.
Magna em̃ ſũt iudicia tua dñe ꝯ ienar
rabilia verba tua magnificaſti pplm
tuuz et hõraſti. ¶ Ad Kal. ſeptẽbris
cantatur et legitur de Job vſqz ad me
diũ ſeptẽbr̃e. ¶ Deinde vſqz ad. Kal.
octobris legitur et cantatur de thobia
heſter et iudith. ¶ Notandũ ꝙ añ. q̃
ſequuntur feriatis diebus et ſabbato
dicuntur ſuper magñ. añ. Cum audiſ
ſet iob nunciorũ verba ſuſtinuit patiẽ
ter et ait ſi bona ſuſcepimus de manu
domini mala autem quare non ſuſtine
amus in õibus hijs non peccauit iob
labijs ſuis neqz ſtultũ aliq̃d ɔtra deũ
locut9 ẽ. añ. Paucitas dierũ meorũ

finitur breui · dimitte me domine ſiue
plangam paululum dolorem meū ante
ꝙ vadam ad terram tenebroſam et o
ptam mortis caligine quoniā nō reuer
tetur oculus meus ut videat bona · añ.
Auditu auris audiui te nūc autem ocu:
lus meus videt te idcirco ipſe me rep̄:
hendo et ago penitēt iam in fauilla ⁊ ci
nere. añ. In omnibus hijs non pecca
uit iob labijs ſuis neqꝫ ſtultū quid con
tra deū locutus eſt. ā· Quantas habeo
iniquitates et peccata oſtēde mihi ac
faciem tuam abſcondis et arbitraris
me inimicum tuum · añ. Noctem illam
tenebroſus turbo poſſideat nō cōpute
tur in diebus anni nec numeretur i mē
ſib9 ſit nox illa ſolitaria nec laude dig
na in qua dictum eſt conceptus eſt ho
mo · añ · Quare detraxiſtis ſermonib9
veritatis ad increpandum verba com
ponitis et ſubuertere nitimini amicū veſ
trū verūtamē q̄ cogitaſtis explete. A
medio ſeptēbris vſqꝫ ad Kalē. octobris
cantatur et legetur de thobia, iudith

et heſter. añ. ſeq̃ntes dicãtur ſup mag.
feriatis diebus. añ. Reminiſcaris
dñe delicta mea vel parentum meorum ne
q3 vindictã ſumas de peccatis meis. añ.
Memor eſto fili qm̄ pauperem vitam
gerimus hēbis multa bona ſi timueris
deū añ. Ingreſſus raphael archãgel9
ad thobiã ſalutauit eū dicens gaudiū
tibi ſp ſit cui thobias ait quale gaudiū
mihi erit q̄ in tenebris ſedeo et lumē ce
li nō video cui angel9 ait forti aio eſto
in proximo eſt ut a deo cureris. Iudith.
Adonay dñe deus magne et mi añ.
rabilis q̄ dediſti ſalutē in manu femi
ne exaudi p̄ces puerorū tuorū. heſter. ã.
Dñe deus rex oīps in ditiōe tua cūcta
ſūt poſita et nō eſt q̄ poſſit r̄ſiſtere vo
lūtati tue. A kalēd octobris vſq3 ad
kal. nouēbris legitur liber machabeo
rum et cantatur hyſtoria. Adaperiat
Et añ. ſequētes dicūtur ad magt. feria
tis diebus et ſabbatis vſq3 ad nouem
brem niſi feſtum intercipiat. añ. Ada
periat domin9 cor veſtrum in lege ſua

et in pceptis ſuis et faciat pacē in di
ebus vr̄is concedat vobis ſalutē ꝛ redi
mat vos a malis. ā. Exaudiat dn̄s oro
nes veſtras ꝛ reconcilietur vobis nec
vos deſerat in tempore malo. an̄. Tua
eſt potentia tuū regnuz dn̄e tu es ſuper
oēs gentes da pacē dn̄e in dieb9 noſtris
deus iſrl̄. an̄. Ornauerūt faciez templi
coronis aureis et dedicauerūt altare do
mīo et facta eſt leticia magna in popu
lo. ā. Tu dn̄e vniuerſoꝝ q̄ nullā habes
indigentiā voluiſti templū tuuz fieri in
nobis cōſerua domū iſtā imaculatā ine
ternū dn̄e. an̄. Iudas machabeus et io
nathas frater eius trāſierūt iordanē
et abierūt viā triū dierū p deſertū an̄.
Lugebat aūt iudam ōnis iſrl̄ planctu
magno et dicebat quō cecidit potēs q̄
ſaluū faciebat populū dn̄i. ¶ K. Nal
nouēbris vſqz ad aduētum dn̄i legiṁr
ezechiel daniel et duodecim ꝓphete. Et
dicetur hyſtoria. Vidi dn̄m. Et an̄e. ſb̄
ſcripte dicūtur feriatis diebus ꝛ ſabbō
ad veſp. ſup mag. vſqz ad aduētum dn̄i

ezechiel'

niſi feſtū aliquod intercipiat. añ.
Vidi dñm ſedentē ſup ſoliū excelſum
et plena erat ōis terra maieſtate ei⁹ ⁊
ea que ſub ipſo erant replebant tēplū
añ. Super muros tuos ihrlm̄ conſtitui
cuſtodes tota die et tota nocte nō tace
būt laudare nomen dn̄i. añ. Muro tuo
inexpugnabili circumcinge nos dñe ⁊
armis tue potentie ꝓtege nos ſemp al.
a. Suſtinuim⁹ pacē et nō venit dñe q̄ſi
uim⁹ bona et ecce turbatio. ꝯgnouim⁹
dñe pc̄c̄ā nr̄a ne in eternū iraſcaris no:
bis ds̄ iſrl̄. añ. Qui celoꝝ ꝯtines thro
nos ⁊ abyſſos intueris dñe rex r̄egū mō
tes ponderas terrā palmo cōcludis ex
audi nos in gemitib⁹ nr̄is. Sequūtur
Cap. et col. et añe. ſup bened. et magr.
tenēda in dn̄icis diebus poſt octa. ſacmēti
vſqȝ ad aduentū dn̄i. Dn̄ica prima
Deus caritas eſt in hoc Caplm̄
apparuit caritas dei in nobis qm̄
filiū ſuū vnigenitū miſit deus in mun:
dū vt viuam⁹ per ipm̄. Deo. g. Dñe re:
fugiū factus es nobis a generatōe ⁊ pro

gemie· Sup be. añ. Homo quīdā erat
diues et iduebatur purpura ⁊ biſſo ⁊
epulabatur quotidie ſplendide ⁊ erat
quidā mēdicus nōie lazarus q̄ iacebat
ad ianuā eiꝰ vlceribus plenꝰ cupiēs ſa
turari de micis q̄ cadebant de menſa
diuitis et nēo illi dabat ſ3 et canes vēi
ebant et lingebant vlcera eius. Col.
Deus i te ſperātiū fortitudo adeſto
propitiꝰ inuocatiōibus nr̄is et qa
ſn̄ te nihil p̄t mortł infirmitas pr̄a aux
iliū gr̄e tue ut in exequēdis mandatis
tuis et volūtate tibi et actōe placeamꝰ
In .ij. veſ. ā. Dixit cū ceter. ā. ⁊ p̄s. ym.
Lucis cre. Cap. ut s̄. ꝟ. Dirigatur dn̄e or.
mea ſicut incē. in cō. tuo. Eleua. ma. me.
ſacri. veſ. Sr̄ mag. ā. Factū eſt autem
ut moreretur mēdicus ⁊ portaretur ab
āgelł in ſinū abrāhe Col ut s̄. Dō .ij. Ca.
Nolite mirari ſi odit vos mūdꝰ nos
ſciꝰ qm̄ trāſlati ſumꝰ de morte ad
vitā qm̄ diligimꝰ frēs. Deo. ꝟ. Dn̄e reſu.
Sr̄ be. añ. Homo q̄dā fecit cenā mag
nā et vocauit multos ⁊ miſit ſuū ſuū

hora cene dicere inuitatis ut venirent
quia õmia parata ſunt alle. Collcã.
Sancti nõis tui dñe timorem pariter
et amorẽ fac nos habere ꝑpetuum
quia nũꝗ tua gubernacione deſtituis
quos in ſolliditate tue dilcõis inſtituis
Per. Sup mag. ã. Exi cito i plateas
et vicos ciuitatis ⁊ paupes ac debiles
cecos ⁊ claudos cõpelle intrare vt im
pleatur dom9 mea all. Dñ. iij. Cap.
Humiliamini ſub potẽti manu dei ut
vos exaltet i tpe viſitatiõis oẽm
ſollicitudinẽ vrãm ꝓicientes in eũ qm̃
ipi cura eſt de vobis Reo. v. Dñe refugi
Sup be. ã. Quis ex vobis hõ qui ha-
bet centũ oues et ſi pdiderit vnã ex ill-
nõne dimittit nonagintanouẽ in deſer
to ⁊ vadit ad illã que pierat donec in
ueniat illã alle. Collecta.
Protector in te ſperãtiũ deus ſine
quo nihil ẽ validuz nihil ſanctum
mltiplica ſup nos miſericordiã tuã ut te
rectore te duce ſic trãſeam9 p bona tẽpo
ralia ut nõ amittam9 eterna Per do.

Sup mag. añ. Que mulier habẽs dragmas decẽ et ſi pdiderit dragmã vnã nõne accendit lucernã et euertit domũ et querit diligenter donec inueniat. Col.
Vots. Dñica quarta. Caplm̃.
OMne qdcũq3 facitis ĩ verbo aut in ope õia in nõie dñi ihũ xp̃i facite grãs agẽtes deo prĩ p ip̃m. Deo. ꝰ. Dñe refugiũ. Sup be. ã. Estote ergo miſericordes ſicut ⁊ pr̃ vr̃ miſericors ẽ all'. Col.
DA nobis q̃s dñe ut ⁊ mũdi curſus pacifice nobis tuo ordĩe dirigatur et eccia tua trãquilla deuotõe letetur. P. d. De mag. ã. Nolite iudicare vt nõ iudicemini. ĩ quo em̃ iuditio iudicaueritis. iudicabimĩ dicit dñs. Col. vts.
OMnes vnanimes Dñica. v. Ca. in orõne eſtote ꝯpatiẽtes fr̃nitatis amatores. miſericordes. modeſti. humiles. nõ reddẽtes malũ pro malo. vl' maledictũ ꝓ maledicto. ſed ecõtrario bñdicẽtes. Deo. ꝰ. Dñe refugiũ. Sup be. ã.
AScendit ihesus in nauim et ſedens docebat turbas all'a. Collecta.

DEus qui diligentib9 te bonā inuiſi
bilia ꝑparaſti infūde cordib9 nr̄is
tui amoris affectū vt te in ōmib9 ⁊ ſup
ōia diligētes ꝓmiſſiones tuas q̄ omne
deſiderium ſupaut cōſeq̄mur P. Sup
mag.ā. Preceptor p totam noctē labo
rātes nihil cepimus. in verbo aūt tuo
laxabo rethe.ā. Dicit aūt dn̄s ſymoni
noli timere ex hoc ei eris hōies capiēs
all.ā. Cū audiſſet q2 dn̄s eſt. tunicā ſuc
cinxit ſe et miſit ſe ī mare ⁊ clamabat
voce magna dicens exi a me dn̄e q2 hō
peccator ſū al. Col. ut s̄. Dn̄ica .vi. Ca.
QVicūq3 baptiſati ſumus in xp̄o ihe
ſu in morte ipſi9 baptiſati ſum9 cō
ſepulti em̄ ſumus cū illo per baptiſmū
in mortem Deo .ō. dn̄e refugiū. Sup be.
an̄. Niſi abūdauerit iuſticia vr̄a plus
q̄ ſcribarū ⁊ phariſeorū nō intrabitis
in regnū celorū all'a. Collecta
DEus virtutum cuius eſt totum qđ
eſt optimum inſere pectorib9 no
ſtris amorē tui nōis et preſta in nobis
religiōis augmētum vt que ſunt bonā

nutrias ac pietatis ſtudio que ſūt nutrita cuſtodias. Per. Sup mag. añ. Audiſtis quia dictū eſt antiquis non occides qui aūt occiderit reus erit iudicio añ. Si offers munus tuū ante altare et ibi recordatus fueris q̄a frater tu9 habet aliq̄d aduerſuz te: relinq̄ ibi munus tuū ante altare et vade pri9 recōciliari frī tuo. ꝛ tūc veniēs offeres munus tuū al. Col. ut s.

Dominica ſeptima. Cap.

Sicut exhibuiſtis mebra vr̄a ſeruire immūdicie ꝛ iniq̄tati ad iniq̄tatē ita nunc exhibete mēbra vr̄a ſeruirē iuſticie in ſanctificationē. Deo. Super bene. añ. Cum turba multa eſſet cū iheſu nec haberent q̄d manducarent ꝯuocatis diſcipulis ait illis miſereor ſuper turbam quia iam triduo ſuſtinent me nec habent quod manducent all.

Deus cuius Collecta providentia in ſui diſpoſitiōe nō fallitur. te ſupplices exora9 ut noxia cūcta ſubmoueas et oīa nobis profutura concedas. Per. Super mag. añ.

Miſerēor ſuper turbam quia iam tri
duo ſuſtinēt me nec habent quod mā
ducent et ſi dimiſero eos ieiuños defi
cient in via all. añ. Erant aūt qui mā
ducauerāt quaſi quatuor milia ⁊ dimi
ſit eos al. al. Dominica. viij. Cap.

Non accepiſtis ſpūm ſuitutis iterꝝ
in timore ſed accepiſtis ſpiritū ad
optionis filiorū in quo clamam⁹ abba
pater. Deo. Super bene. añ. Attendi
te a falſis prophetis qui veniūt ad vos
in veſtimentis ouiū intrinſecus autem
ſunt lupi rapaces a fructib⁹ eorum
cognoſcetis eos. Collecta.

Largire nobis qūs dñe ſemp ſpiri
tū cogitandi que recta ſunt ꝓpici⁹
et agendi ut qui ſine te eſſe non poſſu
m⁹ ſcđm te viuere valeamus. P. Sup
mag. ā. Nō pt arbor bōa fructꝰ malos
facere neqꝫ arbor mala fructꝰ bōs face
re. añ. Non oīs qui dicit mihi dñe dñe
intrabit in regnū celoꝝ ſed qui facit
volūtatē prīs mei q̄ i cel' ē ipſe intrabit
in regnū celoꝝ. Dnica. ix. Caplm

18

Temptatio vos nõ apphendat niſi
hũana fidelis aũt deus eſt q̃ nõ pa
tietur vos temptari ſup id q̃d poteſtis
ſed faciet cũ temptatiõe etiã pventũ ut
poſſitis ſuſtinere deo. Dñ̄ be. ã. Dixit
dñs villico quid hoc audio de te redde
rationem villicatõis tue al. Colicã.
Pateãt aures miſericordie tue dñe
pcib⁹ ſupplicantiũ et ut petẽtibus
deſiderata ꝯcedas fac eos que tibi pla
cita ſunt poſtulare P. Dñ̄ mag. ã. Ait
aũt villicus intra ſe q̃d faciam q2 dñs
meus aufert a me villicatiõem. fodere
nõ valeo mendicare erubeſco. ſcio q̃d
faciam ut cũ amotus fuero a villicatõe
recipiant me in domos ſuas Hmca. x.
Notũ vobis facio q̃ nemo Cap.
in ſpũ dei loquẽs dicit anathema
ihũ ⁊ nemo pt̃ dicere dñs ihs niſi in ſpũ
ſancto deo grãs. Sup be. añ. Cũ ap
ppinq̃ret dñs ihrl'm vidẽs ciuitatẽ fle
uit ſup illã ⁊ dixit quia ſi cognouiſſes
et tu quia veniẽt dies in te. et circũda
bũt te et coangustabũt te vndiq3 ⁊ ad

terrã ꝯſternẽt te eo q̄ nõ cognoueris
tẽpus viſitatiõis tue alle. Coll.

Deus q̄ oipotentiã tuam pcẽdo ma
xime et miſerando manifeſtas mul
tiplica ſup nos miſericordiã tuam ut ad
tua pmiſſa currẽtes celeſtiũ bonorũ fa
cias eẽ ꝯſortes. P. De mag. ã. Uidens
ihũs ciuitatem ihrlm̃ fleuit ſup illã dĩ
cẽs quia ſi cognouiſſes et tu que ad pa
cem tibi ſunt. nũc aũt abſcondita ſunt
ab oculis tuis. Dñica. xi. Caplm̃.

Fratres notum vobis facio euãge
lium qd̃ predicaui vobis quod et
accepiſtis in quo et ſtatis p qd̃ et ſalua
mini. Deo. Sup bñ. añ. Stans a longe
publicanꝰ nolebat oculos ad celũ leua
re ſed percutiebat pectus ſuũ dicens. Deꝰ
ppicius eſto mihi peccatori. Coll.

Omnipotens ſempiterne deꝰ q̄ abũdãtia
pietatis tue et merita ſupplicũ ex
cedis et vota effunde ſuper nos miſeri
cordiam tuã et dimittas que cõſciẽtia
metuit et addicias qd̃ orõ nõ pſumit. P.
De mag. Deꝰ ppiciꝰ eſto m̃ peccatori.

deſcẽdit hic iuſtificat⁹ in domū ſuaꝫ ab
illo q2 ōis q̃ ſe exaltat hūiliabitur et q̃
ſe hūiliat exaltabitur Dō.xij. Cap.
FIduciā talē hēm⁹ ꝑ xp̄z ad deū nō
q̈ ſufficientes ſimus cogitare ali
q̄d a nobis q̈ſi ex nobis ſed ſufficiētia
nr̄a ex deo eſt. ꝟ. Dñe re. Añ be. ā. Dū
trāſiſſet dñs ꝑ medios fines decapole
os ſurdos fecit audire ⁊ mutos loqui.
OMnip̄s ⁊ miſericors de⁹ de c⁹ Col.
munere venit ut tibi a fidelib⁹ tuis
digne ⁊ laudabiliter ſuiatur tribue q̄s
nobis ut ad ꝓmiſſiões tuas ſiñ offēſio
ne curra⁹ P. Añ mag. ā. Quāto eis p̄
cipiebat tāto magis pl⁹ p̄dicabāt ⁊ eo
āpli⁹ ammirabātur dicētes bñ ōia fecit
et ſurdos fecit audire et mutos loqui.
ABrahe dcē ſūt ꝓ Dō.xiij. Cap.
miſſiões ⁊ ſemī e⁹ nō dic ⁊ ſemib⁹
q̈ſi i mltis ſꝫ q̈ſi in vno ⁊ ſemī tuo qui ē
xp̄s. Añ be. ā. Magr̄ quid faciēdo vitā
etnā poſſidebo. at ille dixit ad eū in
lege q̄d ſcriptū ē. quo legis. dilige dñm
deū tuum ex toto corde tuo alle. Col.

Omnipotens ſempiterne deꝰ da no
bis fidei ſpei et caritatis augmētū
et ut mereamur aſſeq̄ q̄d ꝓmittis· fac
nos amare quod p̄cipis. Per dn̄. ¶ De
mag̃· ā· Homo quidā deſcendebat ab
ihrl'm in ihericho et incidit in latroēs
q̄ eciā deſpoliauerūt eū ⁊ plagis īpoſi
tis abierūt ſemiuiuo relicto ·ā· Samā-
ritanꝰ q̄dā iter faciēs et vidēs eū ſemi
uiuū relictū mīa motus ē et appropians
alligauit vulnera eiꝰ infundēs oleū et
vinū duxit i ſtabulū ⁊ curā eiꝰ egit· ā·
Quis tibi videtur proximꝰ fuiſſe illi qui
incidit i latroēs ⁊ ait illi q̄ fecit miam
illū, vade et tu fac ſīliter· al· ¶ Samar·
Spū ābulate ⁊ deſidia· xiiij· Ca·
carnis non perficietis· Caro em̄
concupiſcit aduerſus ſpiritum. ſpiritꝰ
autem aduerſus carnem· Deo g̃· ā· Do
mine refu ¶ De· bn̄· ā· ¶ Cū ingrederē
tur ihesus quoddam caſtellū occurrerēt
ei decē viri leproſi q̄ ſteterunt a longe
et leuauerunt vocem dicentes ihū pre
ceptor miſerere noſtri· · Coll·

CVſtodi quſ dñe ecclesiam tuã ꝓpicia
tõe ppetua ⁊ qꝛ ſine te labitur hũa
na mõꝛtalitas tuis ſꝑ auxilijs ⁊ abſtẽha
tur a noxijs ⁊ ad ſalutaria dirigatur P
Dñ mag. ã. Vnus aũt ex illis vt vidit
qꝛ mũdatꝰ ẽ regreſſus eſt cũ magna vo
ce magnificãs deũ al. ã. Nõne decẽ mũ
dati ſũt et nouẽ vbi ſũt nõ ẽ inuẽtus q̃
rediret et daret gl'oriã deo niſi h alieni
gena. vade qꝛ fides tua te ſaluũ fecit al.
SI viuimꝰ ſpũ. ſpũ   Dõ. xv. Cap.
et ãbulemꝰ. nõ efficiamur inanis
glorie cupidi inuicẽ ꝓuocãtes inuicẽ in
uidẽtes Deo. Dñ be. ã. Nolite ſolliciti
eẽ dicẽtes q̃d mãducabiꝰ aut q̃d bibeꝰ
ſcit ei pater veſter celeſtis quid vobis
neceſſe fuerit al.   Collecta.
ECcleſiã tuã dñe quſ miſatio cõti
nuata mũdet ⁊ muniat. et qꝛ ſine te
nõ poteſt ſalua cõſiſtere tuo ſꝑ munere
gubernetur P. Dñ mag. añ. Querite
ergo primũ regnũ dei et iuſticiã eiꝰ et
hec omnia addicientur vobis alleluya
Dominica decimaſexta.   Cap.

Obſecro vos ne deficiatis in tribu latioib9 meis ꝓ vobis q̄ eſt gloria vr̄a. deo. ḡ. Dn̄e reſu. De be. a̅. Acceſ ſit ih̄s ⁊ tetigit loculū h̄ij ãt q̄ portabāt ſteterūt ⁊ ayt adoleſces tibi dico ſurge et reſedit q̄ erat mortu9 ⁊ cepit loqui ⁊ dedit illū mr̄i ſue alle. Coll.

Tua nos qs dn̄e gr̄a ſemp preue niat et ſequatur ac bonis operib9 iugiter preſtet eſſe intentos Per dn̄m Sup mag. a̅. Adoleſcēs tibi dico ſur ge et reſedit qui erat mortuus et cepit loqui et dedit illum matri ſue. Domi nica decimaſeptima. Capl'm.

Obſecro vos ego vinctus in domi no ut digne ambuletis vocatione quā vocati eſtis cū omni humilitate et manſuetudine cū paciencia ſupportātes inuicem in caritate. deo gra. Sup be. a̅. Cum intraret ihēſus i domū cuiuſdā principis phariſeorū ſabbato māduca re panem ⁊ ecce homo quidā ydropic9 erat ante illū. ipe vero apprehēſū ſana uit eum ac dimiſit. Collecta.

DA quīs dn̄e populo tuo dyabolica
vitare cōtagia et te ſolū dn̄m pu-
ra mente ſectari. P. Sup mag. ā. Cū
vocat⁹ fueris ad nuptias recube in no
uiſſimo loco ut dicat tibi qui te inuita
uit amice aſcende ſupi⁹ et erit tibi glo
ria corā ſimul diſcūbētib ꝯall. Col.
Dn̄ica. xviij. Caplm̄.
GRatias ago deo meo ſemꝑ pro vo
bis in gr̄a dei que data eſt vobis in crī
ſto ihū. deo. Sup bn̄. añ. Magiſter q̄d
eſt mādatū magnū in lege ait illi ihūs
diliges dn̄m deū tuū ex toto corde tuo
DIrigat corda nr̄a alł. Col.
quīs dn̄e tue miſatiōis opatio. q̄a
tibi ſine te placere nō poſſum⁹. P. Sup
mag. añ. Quid vobis videtur de xp̄o
cuius filius ēſt. dicūt ei omēs dauid di
cit eis ihūs quō dauid in ſpū vocat eū
dn̄m dicens. Dixit dn̄s dn̄o meo ſede a
dextris meis. Dn̄ica. xix. Caplm̄
REnouāini ſpū mētis vr̄e ꝛ induite
nouū hōiez qui ſcd̄m deū creatus
in iuſticia et ſcītate veritatis. deo.

ꝟ. Dñe refugiũ. Sup bñ. añ. Dixit dñs
paralitico ↄfide fili remittũtur tibi pec
Omñps et cata tua Collcã.
Omiſericors ds vniuerſa nobis ad
verſantia ꝑpiciatus exclude. ut mente
et corpe pariter expediti que tua ſunt
liberis mẽtib⁹ exequamur. P. Super
mag. añ. Tulit ergo lectũ ſuũ in quo
iacebat magnificãs deũ et omis plebs
ut vidit dedit laudẽ deo Dñica. xx.
Videte quõ caute ãbuletis Cap.
non quaſi inſipiẽtes ſed ut ſapien
tes redimẽtes tẽpus qm̃ dies mali ſunt
Sr̃ be. añ. Dicite inuitatis ecce prãdi
ũ meũ paraui venite ad nuptias dicit dñs
Largire qs dñe fidelib⁹ Col.
tuis indulgẽtiã placat⁹ ⁊ pacẽ. ut pariter
ab oĩb⁹ mũdẽtur offẽſ ⁊ ſecura tibi mẽ
te deſuiãt P. Sr̃ mag. ã. Nuptie q̃dẽ
parate ſũt ſ; q̃ inuitati erãt nõ fuerũt di
gni ite ad exit⁹ viarũ ⁊ quoſcũq; iuẽri
tis vocate ad nuptias di. do. Dñica xxi.
Confortamini in dño ⁊ i potẽ Cap.
tia vtutis ei⁹ induite vos arturã.

dei ut poſſitis ſtare aduerſus inſidias
dyaboli. Deo. v̄. Dn̄e refugiū factus es
Sup bene. ā. Erat quidā regul⁹ cui⁹
filius infirmabatur capharnaū hic cū
audiſſet quia ih̄us aduēiret in galileā
rogabat eū ut ſanaret filiū eius. Col.
Familiā tuā q̄s dn̄e cōtinua pieta
te cuſtodi ut a cūctis aduerſitati·
b⁹ te ꝓtegente ſit libera ꝛ in bonis acti
bus tuo nōi ſit deuota. P. Sup magni.
añ. Dn̄e deſcēde ut ſanes filiū meum
pri⁹ uſq̄ moriatur. dicit ei ih̄s vade fili
us tu⁹ viuit al. ā. Cognouit aūt pater
qꝛ illa hora erat in qua dixit ih̄s filius
tuus viuit et credidit ip̄e et domus ei⁹
tota. Dn̄ica. xxij. Caplm̄.
Confidim⁹ in dn̄o ih̄u qꝛ qui cepit
in vobis opus bonū pficiet uſqꝫ in diē
xp̄i ih̄u. V. v̄. Dn̄e refu. Sē bn̄. añ. Dix
it aūt dn̄s ſeruo, redde qd debes proci
dēs aūt ſeru⁹ ille rogabat eū dicēs pa
tientiam habe in me ꝛ ōnia reddā tibi.
Deus refugiū nr̄m et vir Coll.
tus adeſto pijs eccleſie tue precib⁹

auctoꝛ ip̄e pietatis et prā ut q̄d ſidelit
apetim⁹ efficaciter ↄſeq̄mur Per. Sup
mag. aı̄. Serue nequā om̄e debitū di
miſi tibi qm̄ rogaſti me nōne ergo opoꝛ
tuit ⁊ te miſeri cōſerui tui ſicut et ego
tui miſtus ſū dicit dn̄s. Do̅. xxiij. Cap
Fr̄ēs imitatores mei eſtote et obſ
uate eos q̄ ita ābulant ſicut hētis
formā nrāz. Sr̄ be. aı̄. Magr̄ ſcim⁹ qꝛ
verax es et viā dei ī veritate doces all.
Col. De⁹ ꝟtu. utš. Sup mag. ā. Interr
rogatus a iudeis dn̄s ſi licet cenſū dare
ceſari q̄b⁹ ille r̄ndit dicēs reddite ergo
q̄ ſūt ceſaris ceſari ⁊ q̄ ſūt di do al. aı̄.
Reddite ergo que ſunt ceſaris ceſari et
que ſūt dei deo al. Do̅mca. xxiiij. Cap.
Fr̄ēs nō ceſſamus pro vobis oran
tes expoſtulātes ut ipleamı̄ agniti
one volūtatis eius in ōni ſapiētia et in
tellectu ſp̄uali. ut ambuletis digne do
per ōnia placētes. Sup be. aı̄. Dice
bat aūt intra ſe. ſi tetigero fimbriā vē
ſtimēti eius tm̄ ſalua ero. Col. De⁹ ꝟtu.
Sup magr̄. aı̄. Si tetigero fimbriam

veſtimēti ei9 ſaluā eſſe potero ab īfir
E mitate mea. Dñica.xxv. Ca.
Ecce dies veniūt dicit dñs et ſuſci
tabo dd germē iuſtū ⁊ regñbit rex et ſa
piēs erit ⁊ faciet iudiciū ⁊ iuſticiā ī ter
ra. D. dſi. dñe refu. Pē bene. ā. Cum
ſubleuaſſꝫ oclos ihūs et vidiſſꝫ maxi
mā mltitudīem veniēte ad ſe dicit ad
philippū. vñ ememꝰ panes ut mandu
cēt hij. ipē eī ſciebāt qd eēt facturꝰ. Col
Excita q̄s dñe tuoꝝ fideliū volun
tates ut diuini opis fructū ꝓpēſi
us exeq̄ntes pietatis tue remedia ma
iorā pcipiant. Per. Pē mag. ā. Illi
ergo hoies cū vidiſſent qd fecerat ihe
ſus ſignū in tra ſe dicebāt qꝛ hꝫ ē vere p
pheta q̄ venturꝰ ē in hunc mūdū. Col
dñical. uts. In dedicatioē ecclie. In
p. veſ. ſup. p. ā. Gloria tibi trinitas ⁊c.
cū ceteris. a. uts. in hyſtoria trinitatis
P p. Omnia laudate. Cap.
Vidi ciuitatē ſanctam iheruſalem
nouā deſcēdentē de celo a deo paratam
ſicut ſponſam ornatā viro ſuo. Deo. R

Terribil' eſt locꝰ iſte nō ē hic aliꝰ ni-
ſi domꝰ dei et porta celi. Vere etem̄ dn̄s
ē in loco iſto ꝛ ego neſciebā. ꝟ. Cūq3 evi-
gilaſſ3 iacob a ſomno ait Ve. Glā. ym.
Expe auctorū dn̄ator alme p̄ris etne
genitus ab ore ſupplicū vota p̄terz
ymnū cerne benignꝰ Cerne qͦ puro
deꝰ in honore plebs tuā ſupplex reſonz
in aula ānuā cꝰ r̄deūt colēda tp̄e feſta
Hec domꝰ rite tibi dedicata naſcitur in
qua pplus ſacratū corpus aſſumēs bi-
bit et beati ſanguinis hauſtū Hic ſalꝰ
egris medicina feſſis lumē orbatis venia
q3 nr̄is fertur offēſis timor atq3 meror
pellitur ōis Gloria ſūmū reſonet pen-
tē gloria natū p̄terq3 ſcm̄ ſpm̄ dulci mo-
dulemur ymno ome p euum Amē. ꝟ.
Hec ē domꝰ dn̄i firmiter edificata. R̄n.
fūdata ē ſup firmā petrā Ve mag. aīn.
O q̄ metuēdus ē locꝰ iſte vere nō eſt
hic aliꝰ niſi domꝰ dei ꝛ porta celi Col.
Deꝰ q̄ nobis p ſingulos ānos hꝰ ſci
tēpli tui ɔſecrtiōis reparas diē ꝛ ſa-
cris ſp miſterijs repreſentas incolumes

exaudi p̄ces populi tui, et p̄ſta ut quiſ-
quis hoc templū bn̄ficia petiturus in
gredit cūcta ſe impetraſſe letetur. P.
Ad ꝑpl'.ym⁹. Hic ſal⁹ egris. Cap̄. ut ſ.
ṽ. Beati qui habitāt in domo tua. Sup
nūc di.ā. Fūdamēta tēpli huius ſapi
entia dei fundauit in qua dn̄m celi col
laudāt angeli ſi ruūt vēti ⁊ fluūt fluīa
nō poſſūt ea mouere vnq̄ꝫ fūdata eīm e
rāt ſupra petrā. Coll'. ut ſ. In lau. ā.
Domū tuā dn̄e decet ſcitudo in lōgitu
dine dierū. añ. Dom⁹ mea dom⁹ orōis
vocabitur. añ. Hec eſt dom⁹ dm̄ firmit
edificata bn̄ fundata eſt ſupra firmā pe
trā. añ. Bene fundata ē dom⁹ dm̄ ſupra
firmā petraꝫ. añ. Lapides p̄cioſi ōnes
muri tui et turres ihrlm̄ gēmis edifica
Audiui vocē būtur. Caplm̄
magnaꝫ de throno dicentē ecce ta
bernaculū dei cū hōib⁹ ⁊ hītabit cū eis
et ipſi popul⁹ ei⁹ erūt ⁊ ipſe deus erit
cū eis eoꝝ de⁹. R. ṽ. Dom⁹ mea domus
orōis vo. De bn̄. añ. Mane ſurgens ia
cob erigebat lapidē in titulū fundens

oleū deſup votū vouit dn̄o vere locus
iſte ſcūs ē⁊ ego neſciebā· Col. utſ̄. Ad
primā et ad alias horas ym⁹. Chriſte.
cū .ā. et cap̄. de lau. Ad. iij. ṗ. Dn̄e dile
xi decorē dom⁹ tue. v̄. Et locū hītatōis
glorie tue. v̄. Pri. Ad. vi. ṗ. Beatī q̄ ha
bitāt. in domo tua dn̄e. v̄. In ſclā ſclōꝝ
laudabūt te. v̄. Hec eſt. Ad. ix. ṗ. Hec
eſt dom⁹ dm̄. firmiter edificata. v̄. Bn̄
fundata eſt ſupra fir. pe. v̄. Dom⁹ mea.
In. ij. veſ. aū. Vota mea dn̄o reddam
in atrijs dom⁹ dei nr̄i. p̄s. Credidi. aū.
In domū dm̄ letātes ibim⁹. p̄s. Letatus
aū. Bn̄fac dn̄e bōis et rectis corde. p̄s.
Qui cōfid. aū. Niſi tu dn̄e ꝑuabis nos
inuanū vigilāt oculi nr̄i. p̄s. Niſi do. aū.
Qm̄ cōfortauit ſeras portarū tuarū. p̄s
Lauda ihe. ym. utſ̄. Cap. ut i lau. v̄. Bn̄
fūdata eſt dom⁹ dm̄ ſupra firmā petrā
In mag. aū. Fundamēta tēpli. utſ̄ ad
cōpl. Coll. utſ̄.

Thorarū diurnaliū de tp̄e pars eſti
ualis hic finē capit. Deo gratias.